




# M. Acci Plauti Mostellaria : editionis Bipontinae novissime recognitae et emendatae anni MDCCCLXXXVIII cum codice manuscripto Leidensi collata

<https://hdl.handle.net/1874/325713>



Doctrina Miscell.


Quarto. n°. 192.


RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT




1759 5798

1. Oosterbaan, P. M.-M. Acci Plantii  
Mocellaria editionis Bipontinae
2. Brune, J. De diarrhoea.
3. Paillant, J. P. De casfatione, quales  
senatus supremo competit.
4. Albarda, J. C. Theses jura. inaug.
5. Werts, J. F. Propositiones jura. inaug.
6. Kapteyn, G. H. De Ictero calculosa.
7. Visser, J. P. Dis. exhibens casus  
selectos morborum medullae spinalis.
8. Tzand, M. De paracentesi thoracis.
9. Besier, A. H. A. De iuri placeti historia  
in Belgio.
10. Juda, C. T. Tres casus morborum  
cordis organicorum.
11. Boott, G. J. De pyelitide, ex pyelo-  
nephritide.
12. Boscha, H. De institutionis  
procuratione ex antiquissimo  
iure publico in Datica nostra.
13. Kloes, A. Wunder. De partu arte  
praematura.
14. Kuyens, G. J. F. De gastritide,  
Chronica.







M. ACCI PLAUTI

**MOSTELLARIA**

EDITIONIS BIPONTINAE, NOVISSIME RECOGNITAE  
ET EMENDATAE A. CIOCCCLXXXVIII

CUM

CODICE MANUSCRIPTO LEIDENSI COLLATA.

ПРАВИЛЫ И  
СТАНДАРТЫ

## ДЕЯТЕЛЬНОСТЬЮ

ПОДПОДБОРОДОЧНОГО МАСЛА ПРИГОДНЫХ  
ПУРЖЕЙ СОСТАВЛЕНЫ АНДРЕЕВЫМ

АЛЕКСАНДРОМ ФЕДОРЧИКОМ ПОДЧА

ДОМ

ПРАВИЛЫ И СТАНДАРТЫ ПО  
ПОДПОДБОРОДОЧНОМУ МАСЛУ

## ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО

ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ

ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ  
ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ  
ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ

ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ  
ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ  
ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ

## ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО

ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ

ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ

ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ

ПОДПОДБОРОДОЧНОЕ МАСЛО ПОДЧАДОМ

M. ACCI PLAUTI

## **MOSTELLARIA**

EDITIONIS BIPONTINAE, NOVISSIME RECOGNITAE  
ET EMENDATAE ANNI CIDIOCCLXXXVIII

CUM

CODICE MANUSCRIPTO LEIDENSI COLLATA.

QUAM,

QUOD DEUS BENE VERTAT,  
PRO SPECIMINE ACADEMICO,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**BERNARDI FRANCISCI SUERMAN**

MED. DOCT. ET PROP. ORD.

AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

## **PRO GRADU DOCTORATUS**

SUMMISQUE IN

PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITTERIS HUMANIORIBUS  
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RENO - TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

**PETRUS OOSTERBAAN,**

RENO - TRAJECTINUS.

DIE XIII M. AUGUSTI A. MDCCXLVII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCXLVII.



ALEXANDER MCGOWAN

TAKE TIME TO READ THE BOOK

NOTICE THE DETAILS

## ARGUMENTUM

(ut quibusdam videtur)

PRISCIANI.

*Vers.*      *Edit. Bip.*

- |    |                          |                                  |               |
|----|--------------------------|----------------------------------|---------------|
| 4  | ait videri               | <i>Cod. Leid.</i>                | dicit sentiri |
| 7  | Ludusque .... fit senex. | <i>Ladoque .... fit senex.</i>   |               |
| 8  | Acceptum dicit pignus    | <i>Acceptum tum dicit pignus</i> |               |
| 10 | requirit quae sint :     | <i>requirit quae sunt :</i>      |               |
-

## **DRAMATIS PERSONAE.**

---

TRANIO.  
GRUMIO.  
PHILOLACHES.  
PHILEMATIUM.  
SCAPHA.  
CALLIDAMATES.  
DELPHIUM.  
THEUROPIDES.  
SIMO.  
DANISTA.  
PHANISCUS.  
SERVUS.  
PUER.

## PRAEFATIO.

Mirum plerisque videbitur, et videri sane debet, quod levem hanc et nullius fere momenti scriptionem speciminis Academici loco emittere ausus sim: his praesertim temporibus, quibus litterarum studia in nostris Academiis laetissima vigent. Vix, aut ne vix quidem, haud diffiteor, habeo quae excusationis loco praeloquar, quum praesertim probe sciam, quam tenuis sit hic libellus, imo quam indignus, qui tamquam studiorum specimen eruditis offeratur. Quamquam igitur nihil habeo, quo hanc meam opellam apud te, benevole Lector! defendam, nedum tibi commendem, habeo tamen perpaucia, quae tecum communicata velim, unde scias, quae me impulerint causae, ut hanc Plauti Mostellariae collationem Codicis manuscripti in lucem edarem.

Multi jam anni praeterlapsi sunt, a quo tempore, absoluto propemodum studiorum curriculo, Liram ad Scholarum Latinarum rectionem vocatus, Academiam Rheno-Trajectinam reliqui. Invitissimo hoe animo feci: destitutus enim eram Praeceptorum institutione et consiliis, unde alii in disciplinis colendis plurimum proficere poterant. Philosophiae autem Theoreticac et Litterarum Humaniorum Candidatis adscriptus, ut sumnos deinde in iis conquererer honores, nunquam desii hos sperare, et omni studio semper id egi, ut aliquando rem speratam assequerer. Verum impedimenta multa fuere et varia, quibus

hoc serius accidit; quamquam, si vitae prioris memoriam recordor, infeliciis admodum et inquietae, maturius etiam quam exspectare potueram.

Primum enim Liram, ut dixi, deinde Lira Trudonopolim vocatus, ut ibi quoque Gymnasii Rectoris munere fungerer, variis institutionis laboribus et cura rei domesticae semper eum in modum eram districtus, ut nullum fere mihi relinquetur vacuum tempus et liberum, quod litterarum studiis impenderem. Jam vero exoritur Belgarum seditio, quae, si cui, mihi maxime fuit calamitosa. Quum enim in statione manere non possem, cum uxore et tribus tenerrimae aetatis liberis e Belgio fugiens ad majora etiam mala evitanda, in urbem natalem secessi. Ad hacc brevi post accesserunt domesticae clades gravissimae: supelletilis et librorum, quae in Belgio reliqueram, jactura; tum vero uxor's mors subita, qua et maximo solatio et in educateandis quatuor parvulis dulci auxilio orbato, eorum cura mihi jam soli erat agenda. Tandem ut mala malis cumularentur, mihi rei familiaris subsidium, quod per undecim annos continuos Regis benevolentia et auctoritate ex aerario publico mihi concessum fuerat, anno 1841, plane est denegatum: quippe quum munus, quo ante Belgarum seditionem functus eram, etsi a Ministro Regio mihi delatum, tamen non publicum suisset, neque merces ejus annua ex aerario publico data. Spes solummodo mihi data est muneris priore haud inferioris obtinendi, saltem si Doctoratus, qui dicitur, gradum nactus essem; — interim egomet mihi consularem.

Ab eo inde tempore ob rerum angustias multo majorem dare coactus operam privatis, quae dicuntur, lectionibus, tantum temporis et aliorum et utriusque mei filii studiis adjuvandis impendi, ut, nisi noctes saepe diebus continuassem, paucae admodum fuissent horae, quas litterarum studiis potuissem tribuere. Hacc vero solatium in rebus mihi adversis semper praebuere atque perfugium.

Quum autem supremos in Litteris Humanioribus honores appeterem, carum studia in Academia inchoata et culta, sed

temporum difficultate intermissa, constanti ardore, ut tandem examen superarem, repetenda senticbam: nam talis rerum mea-  
rum fuerat conditio, ut multa denuo tractare cogerer, quae partim mihi exciderant, partim facta erant obscuriora.

Jam aliquot abhinc annis, superato tandem examine, Literariae Facultatis decreto mihi concessum est, ut, scripto meorum studiorum specimine, ipsum Doctoris gradum expeterem. Mox argumentum quaerenti, in quo vires forent experiundae, non facile fuit materiem scriptioni idoneam invenire, quae meis viribus rebusque conveniret. Accedebat quod mihi, non solum quotidiani curis districto, parum admodum temporis ad scribendum superesset, verum etiam quod propriis privatus librorum adminiculis, remotus viverem a litterarum subsidiis, quae Academiacae bibliotheca suppeditat.

Diu, ut fit, cogitanti de argomento, quod mihi tractandum sumerem, et vero haesitanti in tanta, quanta quotidie prodit, commentationum multitudine, tandem consilium placuit, ut hanc illamve Plauti fabulam, commentario instructam, speciminis inauguralis loco exhiberem. Sic me officium, quod lex Academica praescribit, rite explere posse putabam.

Cur Plauti aliquam comoediā commentandi materiem mihi sumserim, id fuit in causa, quod Comicorum poëtarum lectio, imprimis elegantissimi illius poëtae, qui inter Latinos scriptores haud immerito semper magni habitus est, a prima jam adolescentia continenter me delectavit et tenuit.

Multa sunt quidem Viris Doctis disputata de Plautinorum operum vitiis et virtutibus, at convenerunt postremo sententiae, lectionem Plauti, poëtae procul dubio ingeniosi et faceti, etsi maculis non vacui, ut jucundam sic utilem esse et necessariam. Merito enim habetur Latinitatis fons uberrimus atque limpidissimus.

Plautinarum igitur fabularum lectionem repetere institui, eas ea mente legens atque relegens, ut hanc illamve ex iis quae maxime placeret fabulam, nondum a nostratis peculiariter editam, mihi tractandam sumerem.

Ego vero non ita magnifice de me ipso existimabam, quasi hac in re praeclari quid efficere possem; verum commentario conscribendo haud paucos mihi videbar laboris fructus esse consecuturus, cum et periculum facerem interpretandi et multi essent legendi scriptores, maxime vero interpretes, qui facem mili preferendo multa me docere possent. Lectis igitur reflectisque Plauti fabulis, *Mostellaria*, quae inscribitur, meo consilio optime respondere visa est. Etenim hilaris haec fabula et festiva, plurimis etiam dotibus se commendans, bonis item sententiis morumque praeceptis est insignis. E reliquis autem fabulis, quae mihi maxime placebant et inter omnes eminent, eas jam alios tractasse videbam. Sie Viri Doctissimi Bosscha Captivos <sup>1)</sup>, Verwaijen Amphitruonem <sup>2)</sup>, Deenik Aululariam <sup>3)</sup>, Romeyn Pseudolum <sup>4)</sup> speciminum loco Academiarum emiserunt, et ante illos Clariss. Lindemannus Captivos, Militem Gloriosum et Trinummum in tironum gratiam et usum scholarum elaboravit <sup>5)</sup>.

Haud mirum, credo, videri potest, si illorum, maxime vero hujus fabulae editae mili exempla fuere, ad quorum rationem operam meam et consilium dirigarem.

Cum igitur Mostellarium commentaturo interpretis maxime mili provincia capienda esset, id agere volui, ut non modo quemque locum difficiliorum explicare conarer, verum perpetua fabulam instruerem annotatione; quem ad finem assequendum commentarii ex notis aliorum, Plauti imprimis et Terentii in-

1) J. Bosscha, M. Acci Plauti Captivi, comoedia, ad metricae legis normam recensita, cum quinque Codicum MSS. collatione, et observationibus aucta. Trajecti ad Rh. et Amstelod. 1817.

2) Th. Verwaijen, Specimen literarium in Plauti Amphitruonem. Trajecti ad Rhenum, 1827.

3) A. A. Deenik, Specimen literarium exhibens Plauti Aululariam, annotatione instructam. Lugd. Bat. 1835.

4) P. Romeyn, Pseudolum, annotatione instructa. Daventriae, 1836.

5) Fr. Lindemann, Plauti comoedias tres (*Captivos*, *Militem Gloriosum* et *Trinummum*) in tironum gratiam et usum scholarum edidit. Lipsiae, 1823.

terpretum, conflandi operam sustinui, nonnullis quidem explicationibus de meo additis.

Quum vero mihi innotuisset in Bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae Codicem Plauti inveniri, Mostellariam etiam continentem, bibliothecae Praefectum Geelium, Virum Clariss., adii, et ab eo pro humanitate sua impetravi, ut eum Codicem, quoad opus, describere et cum editione Bipontina conferre possem. Ex editionibus enim, quae mihi ad manus erant, illam secutus sum, et variis lectionibus textui subjectis, in eo, si quid etiam corrigendum videretur, in annotatione monui.

Haec sunt, quae monenda videbantur quod ad rationem attinet, quam in commentario componendo adhibuimus. De Codice autem a nobis collato et de ipsa collationis ratione mox pauca dicturi sumus.

Jam vero cum haec Codicis collatio simplex atque nuda in lucem exeat, erunt certe qui quaerant, quare Mostellaria cum commentario a nobis -composito non prodierit. Ejus rei excusationem benevolus Lector hanc velim benigne accipiat. Sub ipsum anni hujus Academicci finem, magna, imo fere certa, mihi data spes est, fore, si ad Doctoralem, quem vocant, gradum proiectus essem, ut propediem in Gymnasio rursus ad munus vocarer, quod alii nisi Litterarum Doctori lex vetat deferri. Omnibus jam abhinc septennio peractis quaecunque ad summos in Litteris honores requiruntur et commentario qualicunque tandem scripto, conveni Clariss. Goudoeverium, qui nunquam non mihi consultum voluit, et exoptato nuntio cum illo communicato, eum rogavi, num, titulum et priores tantum commentarii si plagulas edidisse, nonnullis quaestioneibus illis adjectis iisque propugnat, Academicae legi satisfacere possem? Hanc maxime quoque ob causam, quod feriae Academiarum aestivae prope adessent; — postea, quae reliqua forent commentarii, sine mora editurus essem. Praeceptor ille optimus, qui jam Promotoris partes in se suscipere haud recusaverat, scripta mea, multis licet variisque occupationibus districtus, inspexit legitque. Quid quaeris? Commentarius haud

prorsus improbatur; at pro nostrorum temporum ratione minus convenire videtur. Etenim multa in eo desiderantur, quae his novissimis temporibus de Plauto prolata, in nova fabulae cuiusvis editione haud intacta relinquenda censemur. Sed fieri nequit, ut omnes omnium recentiorum de Plauti fabulis compositi libri et disquisitiones congerantur: sane multae opus curae multique laboris, quod non tam brevi temporis spatio potest transigi.

Nam quae ex his Praeclarissimorum Virorum manu pertrectata sunt, non omnia haec in peculiares collecta sunt scriptiones, sed in Litteriarum scriptis Societatum hic illic sparsa leguntur. Multa praeterea magnique momenti de Plauto protulere recentiores, imo nuperissimi Critici, tum ad omnes omnino fabulas, tum ad hanc illamve separatim editam, quae in scriptis mixti argumenti 1) fusius vel brevius de illo narrata circumferuntur. Alii quoque fontes recens aperti mihi indicantur, unde haurienda sit accuratior rei Plautinae notitia 2). Inter alios Bothius multas dedit emendationes, quae per se et per codices probentur. Ille, ait Weisius 3), respiciendus in omnibus illis, in quibus aut praeclaras librorum aliorum lectiones eruit, aut ingenii et analogiae ope textum bene emendavit. Quod haud sane paucis in locis ab eo effectum esse multi contendunt. — Etiam quas dedit Schneiderus in Rudente librorum et praecipue princip. edit. lectiones, eae praecipua sine dubio laude ponderandae sunt ab iis, qui Plauti textum vere sunt recensituri. Neque negligendus Lindemannus, qui

1) Scilicet in operibus quae vocantur periodicis, ut *Rheinisches Museum für Philologie, Geschichte und griechische Philosophie*, et *Jena. Alt. Literatur-Zeitung*.

2) Vid. omnino Bähr, *Geschichte der römische Literatur*; Edit. 3tiae pag. 154 sqq.

3) In praefat. ad Plauti opera. In his Mostellarium secus paulo ordinatam dedit Weisius, quam in editionibus reliquis ordinata legitur; jubente, ut ait, vel codicum optimorum suffragio, vel ipso argumento. Vidd. quae ad hujus fabulae Act. IV. Sc. 1, Vers. 36, et quae in ejusdem scenae argumento ab illo sunt annotata.

inter multos multum quoque attulit ad Plautum perpoliendum. Idem tres illas comoedias, quas supra laudavimus, postea cum criticis solum animadversionibus edidit <sup>1)</sup>. Et Goellerus in tribus quas edidit comoediis et quibus doctissimum addidit commentarium, acute in emendando Plauto diligenterque se versatum ostendit. Deinde Ritschelii Bacchides et Jacobi Epidicus exempla sunt Plauti rite tractandi; hi hoc sibi propositum habuere, ut unice Palatinas lectiones sequendas censerent: ubi vero eas sequi non poterant, suas posuere conjecturas. Tandem Wolffii docta laudatur, quam de Aulularia scripsit, disputatio. Ne vero omittamus Lingii Quaestiones Plautinas; Rostii (eujus in Plauto interpretando acumen extollitur) Opuscula Plautina; Osanni Analecta critica, et aliorum Observationes criticas in locos quosdam Plautinos <sup>2)</sup>, et Conjecturas ab aliis allatas <sup>3)</sup>.

Quamquam vero a nullo opere, nedum a specimine Academico, requiri postest, ut absolutum sit opus et consummatum, ab unaquaque tamen editione merito requiritur, ut melior sit illis, quae ante prodierunt. Commentarius autem meus, quidni aperte et candide fatear, licet multa habeat bona, habet multa etiam mala, aut sane multa parvi pretii et minus accurate exposita. Quodsi pluribus subsidiis potiri licuisset, uti voluisse, labor mihi fortasse longe fuerat felicior, at nunc longe major quam cui per temporis angustias sufficere possem. Quare ne mirere, L. B., me meam, utut erat, Mostellarium nondum in lucem emittere ausum fuisse, de multis quidem rebus earumque explicatione persuasissimum habentem, multa rectius interpretatos esse recentiores quam antehac a plerisque, quos secutus sim, fuerint explicita et intellecta.

1) Multa, ait Weisius I. l., Clar. Bosscha ad Captivos emendandam ex utilibus quos adhibuit libris, bene dedit, quae Lindemannus etiam in textum suum recepit.

2) Quales Doctiss. C. C. Balbach scripsit. Erlangae 1822, item alii.

3) Cujusmodi J. B. Loman dedit in Specimine Critico-litterario in Plautum et Terentium. Amstelod. 1845.

Consilium igitur cepi opus meum in aliud tempus recensendum differre, aliam rationem secuturus. Mostellariam enim ad leges poëticas refingere conabor, eique commentarium addere, in quo tum varias lectiones afferam quascunque e scriptis editisque libris nancisci potero, tum emendationum causas sensumque locorum difficiliorum exponam, a Criticis et Interpretibus adjutus, qui adhucdum me latebant vel molestius a me conquiri potuere.

Quum vero videretur esse periculum in mora, ut dicitur, tempusque urgeret, ferriis Academiae interim initium captis, visum est, cum nihil dare non possem, collationem, approbantibus item Clariss. Viris Goudoeverio atque Karsteno, ita constituere et ordinare, ut nunc prodit. Interea spe ducor fore, ut aliquando neque vires desint neque opportunitas, quibus ea quae nunc desiderentur, digno modo absolvam.

Jam de Codice et de ipsa collationis ratione pauca praefanda sunt.

Est unus e quinque illis Codicibus Plautinis, qui in bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae sive Leidensis adservantur, unde et ipse Leidensis nominatur<sup>1)</sup>. Hunc unum atque solum conferre licuit, quippe qui solus ex illis Mostellarium amplectatur, quatuor reliquis octo fere priores Plauti comoedias exhibentibus. Illius tractandi nobis benigne facultatem dedit Clar. Geelius, Bibliothecae Leidensis Praefectus, cui Viro eruditissimo atque aestimatissimo pro hoc officio gratias hic publice agimus.

1) Praeter Codicem Plantinum a nobis collatum quatuor alii Codices Plautini manu exarati in publica Academiae Lugduno-Batavae bibliotheca habentur: tres item membranacei, unus chartaceus, quorum duo Vossiani dicti, quippe quos e bibliotheca sua Vossius suppeditaverat. Alter horum est quadratus, incipiens ab Aulul. Act. II, Sc. 2, Vers. 12; complectitur praeterea Captivos, Circumlocutionem, Casinam, Cistellariam, et finitur in Epid. Act. II, Scen. 2, Vers. 60. Alter incipit ab Amph. Act. I, Sc. 3, Vers. 43, et finitur cum Aulularia, quam post Epidicum collocat: nitidissime in membrana scriptus est. — Duo reliqui Leidenses dicti non nisi octo priores continent comoedias easque integras. Horum alter est chartaceus. Vid. Clar. Rosscha in prael. ad Captivos, pag. 14 sq.

In nostro autem Codice, qui maxima est formae, nec locus ubi neque annus quo scriptus sit, legitur, foliis in libri initio et prope finem excisis. Quamvis de vera Codicis aetate docerere ego non ausim, dubitari tamen non potest, quin sit recentissimus, haud ita multo ante saeculum XV, si non in eunte hoc saeculo, descriptus. Ad illos imprimis meretur Codices referri, qui nitide atque eleganter in membrana sunt exarati. Librarius fuisse videtur Italus suique temporis *καλλιγράφος*; at distinctis licet et grandiusculis eum descripserit litteris, singulaeque scenae ab argentea littera majuscula incipient, haud tamen peritissimus rerum, quas calamo exaravit. Quod autem ad litterarum vocumque compendia attinet, quae magnam interdum Codices legentibus difficultatem exhibere solent, pauca eaque haud adeo difficultia lectu intellectuque in nostro Codice inveniuntur. Codex vero etiamsi sit recentior, ut modo diximus, ex antiquiore tamen bonae notae Codice descriptus esse videtur, at librarii inscritia et futilitate hic illic depravatus. Omnes attem Plauti fabulas, si unam camque primo vulgo loco positam, exceperis, complectitur, praeterquam quod etiam lacr est ab initio et truncus in fine. Incipit enim ab Asinariae Act. I, Scen. 3, Vers. 7: „Ego pol istum portitorem privabo portorio,” et finitur Truculenti Act. I, Scen. 2, Vers. 102: „Jam hic ad futurum aiunt eum: nondum advenisse miror;” ita ut Amphitruo tota omnino et Asinariae Actus primi duae priores Scenae desiderentur. Ceterum in hoc Codice Leidensi fabularum ordo hic est: Aulularia,

- Captivi,
- Curelio,
- Casina,
- Cistellaria,
- Epidicus,
- Bacchides,
- Mostellaria,
- Menacechmi,
- Miles Gloriosus,

Mercator,  
Pseudolus,  
Poenulus,  
Persa,  
Rudens,  
Stichus,  
Trinummus,  
Truculentus.

Quemadmodum in aliis Codicibus, ita hic fabularum series est fere alphabeticā. Nimirum facilitatis evolvendi causa hoc ordine Plauti fabulas dederunt antiquiores; hi vero, ipsi licet ad alphabetum illas ordinare solerent, Epidicū tamen separatim Bacchidibus praeponuerunt. Cujus rei causa hacc esse videtur, quod illius fabulae in ipsis Bacchidibus fit mentio.

De nostro Codice, uti et de reliquis illis quatuor Codicibus Plautinis, in publica Academiae Leidensis bibliotheca adservatis, jam in praefatione editionis suae dixit Gronovius, eosque omnes non quidem optimae esse auctoritatis, sed tamen post optimos Camerarianos in secundo facile pretio esse existimavit. Iis ille jam fuerat usus: eorum autem conferendorum, „coepito jam opere, prelis sine intermissione moventibus,” otium ei defuit, ita ut inde a Mercatore (Actus I, Scen. 1, Vers. 16), in quo demum iis uti coepit, parcissime eum hos inspexisse videamus.

Deinde Codex noster cum quatuor reliquis usui fuit Clariss. Bosscha in adornanda Captivis, in cujus fabulae praefatione sibi etiam videri eum dicit bonae esse notae et antiquiorem certe duobus ex quatuor Codicibus, quos ille, quod ad Captivos attinet, contulit omnes, et quorum varias lectiones textui subjecit.

In adornanda Pseudolo Doctiss. Romeyn quoque usus est Codice hoc Leidensi, cui, ut monet ille, saepius se sociam adjungit Plauti editio, a Rob. Stephano anno 1536 Parisiis curata, quo cum fere haec conspirat, ubicumque solus ille meliora promit<sup>1)</sup>.

---

1) Quam ob causam vehementer ille miratur, hanc Stephani

Verum haec in universum de Codice, quem contulimus, deque ipsius collatione ab aliis facta, sufficiant. Sequitur jam, ut peculiariter de Mostellaria pauca dicamus, quomodo nempe illa, ut in Codice legitur, a Plauti editione Bipontina differat.

Constat autem quatuor omnino corruptionis esse in antiquis scriptoribus genera: lacunas (ut hoc verbo hic utamur), interpolationes, depravationem scripturae, ordinis denique verborum et versuum turbationem. Nullum autem corum est, quo Plautini praesertim Codices non pessime sint contaminati; cuius rei gravissima causa merito quaerenda censemur in librariorum metri prosodiaeque ignoratione.

Lacunae in nostro Codice, quod saltem ad Mostellariam attinet, admodum sunt rarae. Quae vero vacua verborum obliteratorum spatia occurrunt, ea, ut in Codice habentur, suo loco descripta dedimus. (Verbi e. Act. III, Sc. 2, Vers. 32 sqq. et Act. IV, Sc. 1, Vers. 8 sqq.).

Et ut omnes omnino Plauti Codices, et antiquissimi etiam, in aliis locis mutilati sunt, sic in aliis vel recentius vel jam antiquitus multis variisque modis sunt interpolati. Nonnullas hujusmodi interpolationes jam in aliis fabulis ejecerunt Critici, nonnullas etiam in aliis alii extrudendas existimaverunt, ut pote antiqui vel medii aevi hominum figmenta, quibus quadruplicem fabularum lacerae vel deperditae supplerentur. Ejus vero generis interpolationes Mostellariae nullae fere inesse videntur: his enim adnumerari non possunt versus et verba, quae errore librarii repetita sunt; ut (Mostell. I, 3, 93.) *speculo elusa elusa est pro speculo ei usu' st;* et sic ex. c. in Cod.

editionem hucusque a viris doctis nihil fuisse habitam ac paene neglectam. Hanc nimurum, in MSS. et reliquarum editionum turbis et discrepantia, saepissime lectionem plurimis acceptam tueri cognovit: haud raro quoque solam exhibentem, id quod verissimum videbatur; atque ita quidem ut palam esset, non a Stephano novatam, sed e libris scriptis esse petitam. P. Romeyn, in praefer. ad Psendolum, p. 2.

Act. II, Sc. 1, Versus: „*Clavim cedo, atque abi hinc intro, atque occlude ostium?*“ versum 63 inter et 64 legitur, et iteratur, ubi in edit. Bip. occurrit, vers. 77.

Genus deinde corruptionis, in ipsius scripturae depravatione positum, ubique in Plauto obvium esse, nota res est. Cujusmodi scripturae vitia sunt in Codicis nostri Mostellaria: *plagipati deferri tribaces viri, pro plagipatidae, ferritribaces viri* (Act. II, Sc. 1, Vers. 9); *a portui adit pro a portu redit* (Act. II, Sc. 1, Vers. 16); *quo do edo pro quod credo* (Act. II, Sc. 1, Vers. 80) et hujus generis alia. Tum literae *b, d, p, q* saepe confunduntur, ut Act. I, Sc. 1, V. 10: *abveniat pro adveniat;* Act. I, Sc. 1, V. 19: *qde rem pro pde rem,* similia.

Saepius littera simplex geminatur, et contra ubi geminanda est, simplici usus est librarius, ut (I, 1, 22): *emitte pro emite;* (I, 1, 38) *alium pro allium;* (I, 1, 65) *afferat pro afferat* sive *adferat;* (I, 2, 25) *aditur pro additur;* sic *scura* pro *scurra;* *mutire* pro *muttire;* *dissimulabo* pro *dissimulaboh;* *gutam* pro *gettam,* etc. Nonnunquam syllaba simplex duplicatur et contra, ut: (I, 1, 64) *piscacatum* pro *piscatum;* (II, 2, 34) *ut ut possies* pro *ut possies;* (III, 1, 14) *ut res haec sese habet* pro *ut ut res haec sese habet,* cet. Tempora autem verborum scio et nescio haud raro sine littera *e* scribuntur. Atque haec quidem vitia levia sunt, uti et quae in temporibus et modis verborum sunt commissa, ut (I, 3, 79) *adhibebit* pro *adhibet;* (III, 3, 4) *placent* pro *placeant.* Graviores in aliis locis corruptelae insident, ut (III, 3, 23) *eandem iuis gratiam* pro *eam mihi debo gratiam;* (V, 1, 64) *Numquam edepol id hodie inultus designaveris* pro *nunquam edepol hodie invitatus destinant,* cet.

Alius generis etiam errores sunt iisque frequentissimi, qui tamen accurata moris veterum poëtarum observatione facile cognoscuntur, v. c. permutationes vocularum *en* et *hem*, ut Act. I, Sc. 4, V. 2; tum etiam conjunctionum *quom* et *quia* et *quoniam* et *quando* et relativi *qui* ac *similium*, quae per compendia litterarum in libris veteribus scribi solent. Hujusmodi sunt etiam *neque* pro *nec*, ac pro *atque*, quae particulæ

ab aureae aetatis, quae dicitur, scriptoribus nunquam ante vocalem ponuntur: nec magis *neu*. Sic contra *ni* apud Veteres Comicos nunquam ante consonantem invenitur (Vid. Clar. Hermannus in praefat. ad Trinumm.). Sunt praeterea aliae plurimae, quae librariis quoque tribuendae sunt, aberrationes, quas hoc loco silentio praetermittimus. Ut vero multa in mensura syllabarum occurrent, quae veram falsamve lectionem arguant, ita in multis etiam locis sensus corruptionem prodere solet, imprimis ubi verba permutatas sedes habent, vel si unum alterumve vocabulum, quod in libro manu exarato abest, in libro edito vel contra exhibetur. Non solum hujus generis aberrationes, in quibus a librariis in Codicibus describendis passim peccatum est, admodum necesse duximus, ut in Collatione adderentur, sed manifesta etiam scripturae vitia diligenter enotanda putavimus; in Plauto enim praecipue hoc valere arbitramur, quod dudum jam pronuntiaverunt Viri Docti, ut quam maxime scilicet depravata scriptura verae lectionis indagandae viam haud raro ostenderit.

Quartum denique corruptionis genus, quod in verborum turbato ordine cernitur, in omnibus Planti fabulis adest, et commune omnium librariorum vitium haberi potest. Hi enim, quum metra prosodiumque non satis intelligerent, facillimum esse duxerunt, ordine verborum mutando, eos numeros restituere, qui ipsis in quoque loco veri aptique viderentur. Unde magna in libris scriptis et editis confusio. In Codice nostro librarius multos etiam versus, nulla metri ratione habita, vel coniunxit vel disjunxit, adeo ut singulis quibusque versibus tot fere verba dederit, quot in eadem linea rite stare poterant. Hos autem versus, eosque praecipue omnes, in quibus non eaedem personae loquuntur, iisdem editionis Bipontinae versibus in Collatione ipsa subjecimus. Non tantum versus plerumque dissipati sunt, quaedam quoque scenae, quandoque sensu prorsus turbato, sunt distractae, ita ut in Codice illarum divisio magnopere sit diversa a scenarum divisione, quam postea in editione Bipontina secuti sunt. Ad haec tan-

dem aecedit, quod personarum nomina hic illic omnino falsa leguntur, praeterquam quod, licet raro, plane omissa sunt; nonnunquam tamen, quamvis aliter atque in aliis editionibus sunt indicata, sensu quodammodo probante, locum suum vindicare posse videntur.

Hacc habui, quae praefarer et de Codice Leidensi, quoad Mostellarium, et de corruptionis generibus, in ea obviis. Si qui forte exspectarint additum huic Collationi integrum editionis Bipontinae textum, eos monitos velimus, ut, si Deus faveat, resque viresque sinant, hanc Plauti fabulam commentario, a nobis jam inchoato, instructam, in lucem edere propositum habeamus.

---

## MOSTELLARIA.

ACTUS PRIMUS. SCENA PRIMA.

GRUMIO, TRANIO.

Vers.	Ed. Bip.	Cod. Leid.
2	mīhi . . . exhibes	mi . . . exibes
4	si vivam, . . . probe.	si — . . . pbe.
5	inquam,	inq.
"	nidor, e culina.	nidore cupina
6	Quid tibi, malum, hic	Qd t' malū hic
"	ante aedis clamitatio' st?	an edis clamas? io st.
9	Hem, hocceine volebas?	en 'occine volcas.
10	Quia tu vis.	quia vivis.
"	adveniat senex.	abveniat scenex.
11	Sine . . . venire solvom,	sine . . . venire salvus,
13	ut . . . possiet	ut . . . possit.
14	urbanus . . . secura,	urbanus . . secura,
"	deliciae popli,	deliciae populi,
18	Aagebis ruri numerum,	Augēbis ruri munerum
19	perde rem,	qd rem,
22	Amicas emite,	Amicas emitte,
23	obsonate pollucibiliter.	obsonate pollucitibus.
24	Haeccine	hace ne
27	et rem et filium?	et semet filium!
29	juventute ex omni Attica	vivente ex omni athica
33	me, aut quid ego agam,	mea ut quid ego agam
"	Curatio 'st?	curatio est?

<i>Vers.</i>	<i>Ed. Bip.</i>	<i>Cod. Leid.</i>
34	boves?	bovis?
37	quam confidenter loquitur! fue.	quam confidenter loquitur fur!
38	oboluisti allium,	oboluisti alium,
39	Germana inluyies, ,, hara suis,	Germana illius, hara sui,
40	Canes capro commista. ,, quid tu vis fieri?	Canem capram commixtam. quid vis fieri.
42	neque superior accumbere,	neque superior accubare,
44	piscis, avis,	pisces, aves,
45	sine alliato fungi	sine me alliato fungi
49	Quia mihi	quia mi
52	O carnificum cribrum,	O carnificum
55	istuc prius eveniat,	istuc eveniat prius,
57	operam conpendi face,	operam commendi face,
58	mactari cupis.	matari cupis.
59	daturin' estis	daturi estis
60	date aes,	dato aces,
	, si non estis.	in honestis.
62	effercite vos, saginam cae- dite.	ac ferite vos saginam —
63	atque rus abi	atque abi tu rus
	,, in Piraeum	in pyreum
64	parare piscatum	parare piscacatum
65	ervom tibi . . . . afferat.	ervum tibi . . . . aferat.
66	Quid est? quid tu	quid est quod tu
68	Dum interea	dum intercas.
69	nimio celerius	nimio ce —
70	quod molestum 'st	quod moleste est
	,, quam id	quam illud
71	teque amove	te amove
72	mihi non facies	mi non facies
77	periere,	perdere

*Edit. Bipont.*

*Vers.*

GRUMIO.

- 1 Exi e culina, sis, foras, mastigia,
- 2 Qui mihi inter patinas exhibes argutias.
- 3 Egressere, herilis pernicies, ex aedibus.
- 4 Ego pol te ruri, si vivam, ulciscar probe.
- 5 Exi, inquam, nidor, e culina, quid lates?

TRANTO.

- 6 Quid tibi, malum, hic ante aedis clamitatio' st?
- 7 An ruri censes te esse? abscede ab aedibus.
- 8 Abi rus; abi dierecte; abscede ab janua.
- 9 Hem, hoccine volebas?

GRUMIO.

Perii! cur me verberas?

*In Codice Leid. hi novem versus, nulla metri ratione  
habita, sic leguntur:*

GRUMIO.

Exi e culina sis foras mastigia,  
Qui mi inter patinas exhibes argutias.  
Egressere herilis pernicies ex aedib', ego pol te ruri si —  
Ulciscar pbe exi inq nidore cupina qd lates.  
Qd t' malu hic an edis clamas? io st an ruri ceses te  
Esse abscede ab aedibus, abi rus. abi dierecte.  
Abscede ab ianua, en 'occine volebas. Gr. perii cur me verberas?

*Vers.*

*Ed. Bip.*

- 18 Augebis ruri numerum, genus ferratile.
- 19 Nunc, dum tibi lubet licetque, pota, perde rem,
- 20 Conrumpe herilem filium, adulescentem optimum:  
*Qui tres versus, metro turbato, duobus versibus con-*  
*stant in Cod. hoc modo:*  
Augebis ruri munerum, genus ferratile, nunc dum tibi lubet  
Licetq pota qd rem, conrumpe herilem filium, adulescentem  
optimum.

*Vers.*

*Ed. Bip.*

21 Dies noctesque bibite, pergracecamini,

22 Amicas emite, liberate, pascite

*Uterque hic versus in Codice uno tantum versu contrahitur.*

*Ed. Bip.*

23 Parasitos, obsonate pollucibiliter.

24 Haecine mandavit tibi, quom peregre hinc iit, senex?

25 Hoccine modo hic rem curatam offendet suam?

26 Hoccine boni esse officium servi existumas,

*Cod. Leid.*

Parasitos, obsonate pollucitibus, haec ne mandavit tibi,

Quom peregre hinc iit, senex? hoccine modo hic rem curatam

Offendet suam? Hoccine boni esse officium servi existumas,

*Vers.*

*Ed. Bip.*

27 Ut heri sui conrumpat et rem et filium?

28 Nam ego illum corruptum duco, quom his factis studet,

29 Quo nemo adaeque juventute ex omni Attica

30 Antehac est habitus parcus, nec magis continens:

31 Is nunc in aliam partem palmam possidet.

*Codex.*

Ut heri sui conrumpat et semet filium? Nam ego illum corruptum

Duco, quom his factis studet, quo nemo adaeque vivente

Ex omni athica antehac est habitus parcus, nec magis

Continens: is nunc in aliam partem palmam possidet.

*Ed. Bip.*

*Vers.*

*TRANIO.*

33 Quid tibi, malum, me, aut quid ego agam, curatio 'st?

34 An ruri quaeso non sunt, quos cures, boves?

35 Lubet potare, amare, scorta ducere.

36 Mei tergi facio haec, non tui, fiducia.

*GRUMIO.*

37 Quam confidenter loquitur! fue.

TRANIO.

Vers.

At te Juppiter

- 38 Diique omnes perdant, obolnisti allium,  
39 Germana inluyies, rusticus, hircus, hara suis,  
40 Canes capro commista.

GRUMIO.

Quid tu vis fieri?

- 41 Non omnes possunt olere unguenta exotica,  
*Novem hi versus sex modo versibus leguntur in Cod. Leid.*  
*metro neglecto.*

TRANIO.

Quid tibi, malum, mea ut quid ego agam, curatio est? an  
ruri quaeso  
Non sunt quos cures bovis? lubet potare, amare, scorta ducere.  
Mei tergi facio haec, non tui, fiducia. GR. Quam confidenter  
loquitur fur!

TRANIO.

At te Jupiter Diique omnes perdant, oboluisti alium, germana illius,  
Rusticus, hircus, hara sui, canem capram commixtam.

GRUMIO.

Quid vis fieri? non omnes possunt olere unguenta exotica,

*Ed. Bip.*

Vers.

GRUMIO.

- 42 Si tu oles: neque superior accumbere,  
43 Neque tam facetis, quam tu vivis, victibus:  
44 Tu tibi istos habcas turtures, piscis, avis.  
45 Sine alliato fungi fortunas meas.  
46 Tu fortunatus, ego miser: patiunda sunt.  
47 Meum bonum me, te tuum maneat malum.

TRANIO.

- 48 Quasi invidere mihi hoc videre, Grumio,  
49 Quia mihi bene est, et tibi male est; dignissimum 'st.  
50 Decet me amare, et te bubulcitarier:

*In Cod. Leid. hi novem versus sic se habent.*

GRUMIO.

Si tu oles, neque superior accubare, neque tam facetis quam  
tu vivis  
Vicibus; tu tibi istos habeas turtures, piscis, avis. Sine me alliato  
Fungi fortunas meas. Tu fortunatus, ego miser.

TRANIO.

Patiunda sunt.

Meum bonum me, te tuum maneat malum. Quasi invidere  
Mihi hoc videre, Grumio, quia mihi bene est, et tibi male est;  
Dignissimum 'st. Decet me amare, et te bubuleitarier.

---

*Ed. Bip.*

*Vers.*

GRUMIO.

- 52 O carnificum cibrum, quod credo fore :  
53 Ita te forabunt patibulatum per vias  
54 Stimulis, si hue reveniat senex.

TRANIO.

55 Qui scis, an tibi istuc prius eveniat, quam mihi ?

GRUMIO.

56 Quia numquam merui : tu meruisti, et nunc meres.

TRANIO.

- 57 Orationis operam comprehendiface,  
*Quos sex versus Cod. Leid. ita habet :*

O carnificum, quod credo fore : ita te forabunt patibulatum  
Per vias stimulis, si hue reveniat senex. Tran. Qui scis,  
An tibi istuc eveniat prius quam mihi ? Gr. Quia numquam  
